ad quem vbi appellatio eſt à definitiua; ſi autem ab interlocutoria per dies tantùm cum actis.

8 *Expenſæ, ad quas fuit condemnatus appellans, ſunt reficiendæ per ipſum, ante quàm procedatur in cauſa appellationis.*

9 *Forma citationis ad omnes actus, & ad conſtituendum procuratorem.*

10 *Forma incuſandi contumacias in citatione prædicta.*

11 *Citatus debet comparere, aliàs in eius contumaciam proceditur ad omnes actus abſque alia citatione.*

Feudatarius abſẽs à Regno citatur in feudo.

12 *Citatio ad ſententiam requiritur, quando proceditur in contumaciam alicuius citati, vbi in citatione non eſt dictum: vſque ad ſententiam incluſiuè, vel ad totam cauſam, & an requiratur, vbi ad mortem Commiſſarij cauſæ, vel ob aliud impedimentum?*

Citatio an ſit nulla ſi ſit omiſſum verbum: peremptoriè?

13 *Forma mandati iuſtificati.*

Quid ſi pars compareat, an citatio nulla conualidetur?

Iudex in modicis cauſis procedere debet ſummariè; & de eius practica.

Citatio, quæ fit oretenus per Actuarios, quãdo obſeruetur? & quando reus citari non poteſt, neque domi, neque de perſona, quid agendum?

Citatio eorum requiritur in iudicijs, ad quos defenſio principalis veniret; non autem illi ſunt citandi, quos in conſequentiam litis determinatio tangit.

Citatio per edictum in confectione præambuli, qualiter ſit facienda.

14 *Forma incuſandi contumacias.*

Forma decreti lati per contumacias.

15 *Forma literarum executorialium tãtùm, ſeruata forma iuris.*

16 *Literæ executoriales expediuntur etiam perſonaliter cõtra debitorem vigore obligationis penes acta incuſatæ, vel inſtrumenti liquidati via Ritus M. C. V.*

17 *Executio poteſt fieri etiam realitèr, quãuis debitor fuerit carceratus vigore literarum executorialium expeditarum, realitèr, & perſonalitèr.*

In expeditione literarum executorialium, quæ ſunt apponenda.

18 *Forma literarum executorialium de perſona in defectu bonorum.*

19 *Forma Decreti interponendi, quod exequatur de perſona debitor, vbi deficiunt bona exequi ordinata.*

20 *Executio realitèr fieri debet ſeruata forma* l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.

21 *Executio an valeat, omiſſo ordine* d. l. à Diuo Pio.

Executio, ſi eſt vendenda ad extintum candelæ, & licitator non offert iuſtum pretium, datur remedium debitori.

22 *Forma Decreti interponendi, quòd debitor conſignet executionem explicitam, aliter prouidetur, quòd capiatur de perſona.*

23 *Forma mãdati ad reluẽdũ bona executa.*

24 *Forma incuſandi contumacias in caſu prædicto.*

25 *Mandatum ad reluendum requiritur, antequàm expediatur licentia de vendendo.*

26 *Forma licentiæ de vendẽdo bona executa.*

27 *Bona executa, nullo emptore reperto adiudicantur creditori præuio appretio expertorum eligendorum per Curiam, præuia liſta ſuſpectorum proponendorum partibus; fallit num. 30. intellige vt num. 31. 32. & 33.*

28 *Emptor bonorum executorum, ſeù Tabulariorum ſubhaſta immittitur in poſſeſſionem illorum.*

29 *Pretium dicitur iuſtum, quotiès in eo non conſideratur læſio in ſeſta parte.*

30 *Adiudicatio bonorum, an fiat creditori habenti inſtrumentum cum promiſſione ſoluendi in pecunia; & n. 31. cum ſeq.*

Et quid ſeruetur in hoc per S. C.

33 *Venditione gabellæ ſubhaſta facta per Vniuerſitatem, & ſoluto pretio per oblatorem, & factis debitis cautelis, ſi alius poſteà compareat, offerendo maiorem ſummam, quid agendum?*

34 *Forma decreti adiudicationis bonorum executorum faciendæ creditori nullo reperto emptore.*

35 *Forma decreti immiſſionis bonorum, & nu. ſeq.*

37 *Forma immiſſionis in poſſeſſionem.*

38 *Pignus iudiciale inducitur ex immiſſione facta vigore decreti.*

39 *Adiudicatio bonorum facta plus debito creditori retractatur in totum. Verum cõtrarium eſt deciſum.*

Laudatur Michael Angelus Giptius I. C. cum eius Familia.

40 *Forma ſequeſtrandi fructus alicuius poſſeſſionis.*

Sequeſtrum fieri poteſt per Iudicem, ſi adſit timor dilapidationis, & conſumptionis bona-